

eum foras. **A**udiuit iesus quod eiecerunt eum foras: et cum inuenisset eum dixit ei. **Tu credis in filium dei?** Respondit ille et dixit. **Quis est domine ut credam in eum?** Et dixit ei iesus. **Et vidisti eum?** Et qui loquitur tecum ipse est. **Ait ille ait. Credo domine. Et proci-**

tens: adorauit eum. Offerto. Benedicite gentes dominum deum nostrum et obaudite uocem laudis eius qui posuit animam meam ad uitam et non dedit commoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me.

Supplices domine te rogamus. **Secreta.** Domine te rogamus. ut his sacrificiis peccata nostra mundentur quia tunc ueram nobis tribuis mentis et corporis sanitatem. **Per. Communio.** Lutum fecit ex sputo dominus et linivit oculos meos et abii et laui et uidi et credidi deo. **Post com.**

Sacramenta que sumpsimus domine deus noster et spiritualibus nos repleant alimentis et corporalibus tueantur auxiliis. **P. Super psalm.**

Oteant aures misericordie tue domine precibus

supplicantium: et ut petentibus desiderata concedas: fac eos qui tibi sunt placita postulare. **p. Feria. v. ad sanctum siluestrum.**

Letetur cor querentium dominum et confirmamini querite faciem eius semper. **ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius.**

Resta quesumus. **Collecta.** Dominus omnipotens deus: ut quos ieiunia uotiuum castigant: ipsa quoque deuotio sancta letificet: ut terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. **Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum uiuit.**

In die Lectio libri regum. **I**bus illis: **U**enit mulier sunamitis ad helyseum uirum dei: in montem carmeli. **U**ique uidisset eam uir dei de contra: ait ad gyezi puerum suum. **E**cce sunamitis illa. **U**ade ergo in occursum eius: et dic ei. **R**ecte ne agitur circa te: et circa uirum tuum: et circa filium tuum? **Q**ue respondit. **R**ecte. **U**ique uenisset ad uirum dei in montem: apprehendit pedes eius. **E**t accessit gyezi: ut amo-

neret eam. Et ait homo dei.
Dimitte illam: anima enim
eius in amaritudine est. et do-
minus celauit a me et non in-
dicauit mihi. **Q**ue dixit illi.
Nunquid petiui filium a do-
mino meo: Nunquid non di-
xi tibi ne illudas me: Et ille
ait ad gizeei. Accinge lumbos
tuos: et tolle baculum meum
in manu tua et vade. Si oc-
currerit tibi homo non salutes
eum: et si salutauerit te quis-
piam non respondeas illi. Et
pones baculum meum: super
faciem pueri. Porro mater pu-
eri ait. **V**iuat dominus et uiuat
anima tua: non dimittas te.
Surrerit ergo: et secutus est
eam. **S**iezi autem precesserat
eos: et posuerat baculum super fa-
ciem pueri: et non erat vox neque
sensus. Reuersusque est in occur-
sum eius: et nunciauit ei dicens
Non surrerit puer. **I**ngressus
est ergo helyseus domum: et ec-
ce puer mortuus iacebat in le-
ctulo eius. **I**ngressusque clau-
sit hostium super se et super pue-
rum: et orauit ad dominum. Et
ascendit et incubuit super puerum
posuitque os suum super os eius:
et oculos suos super oculos ei.

et manus suas super manus
eius. Et incurruauit se super eum
et calefacta est caro pueri. **E**t il-
le reuersus: deambulauit in do-
mo semel huc et illuc. Et ascen-
dit et incubuit super puerum: et o-
scitauit puer septies. aperuit
que oculos. Et ille vocauit gie-
zei: dixitque ei. **V**oca sunami-
tem hanc. **Q**ue vocata ingressa est
ad eum. **Q**ui ait. **T**olle filium tu-
um. **E**lenit illa: et corruit ad pe-
des eius adorauit super terram
Tulitque filium suum: et egressa est.
Et helyseus reuersus est in gal-
gala. **Ps.** **R**espice domine in testa-
mentum tuum et animas pauperum
tuorum ne obliuiscaris in fine. **V.**
Exurge domine et iudica causam
tuam memor esto obprobrii seruo-
rum tuorum. **Scdm iohannem.**
In illo tempore: **C**um audissent
quidam de turba sermones
iesu dicebant. **H**ic est vere p-
pheta. **A**lij dicebant. hic est chri-
stus. **Q**uidam autem dicebant.
Nunquid a galilea christus
venit: **N**onue scriptura dicit
quia ex semine dauid. et de beth-
leem castello ubi erat dauid
venit christus: **D**issensio itaque
facta est in turba: propter
eum. **Q**uidam autem ex ipsis

volebant apprehendere eum
sed nemo misit super illū ma-
nus. Venerunt ergo ministri
ad pontifices. et phariseos: et
dixerunt eis illi. Quare non
adduxistis eum? Responde-
runt ministri. Nunquā sic locu-
tus est homo: sicut hic loqui-
tur. Responderunt ergo eis
pharisei. Nunquid et vos se-
ducti estis? Nunquid aliquis
ex principibus credidit in eū
aut ex phariseis? Sed turba
hec que nō nouit legem: ma-
ledicti sunt. Dicit nicodemus
ad eos. ille qui venit ad eum
nocte: qui erat vnus ex ipsis.
Nunquid lex nostra iudicat
hominem. nisi audierit ab ip-
so prius et cognouerit quid
faciat? Responderunt et dixe-
runt ei. Nunquid et tu galili-
leus es? Scrutare et vide:
quia propheta a galilea non
surgit. Et reuersi sunt vnus-
quisque in domum suam. **Off.**
Domine ad adiuvandum me fe-
stina confundantur omnes qui
cogitant servis tuis mala. **Bea.**
Purifica nos misericors
deus: ut ecclesie tue pre-
ces quae tibi grate sunt pia mu-
nera deferentes. fiant expia-

tis mentibus gratiores. **Per**
dominium nostrum iesum chri-
stum filium tuum. **Comunio.**

Domine memorabor iusticie tue
solius deus docuisti me a iuuen-
tute mea et usque in senectam et se-
nium deus ne derelinquas me.

Celestia **Post comunio**
dona capientibus. que-
sumus domine non ad iudici-
um provenire patiaris: quod
fidelibus tuis ad remedium
providisti. **Per dominum nrm**

Populi **Super populum.**
Domine deus institutor et re-
ctor: peccata quibus impugna-
tur expelle: ut semper tibi pla-
citus: et tuo munimine sit secu-
rus. **Per dominum nostrum.**

Seria sexta ad scm eusebium.

Meditatio cordis mei in
conspectu tuo semper do-
mine adiutor meus et redemptor
meus. **ps.** Veli enarrant gloriam
dei et opera manuum eius annun-
ciat firmamentum. **Collecta.**

Deus qui ineffabilibus
mundum renouas sa-
cramentis: presta quesumus
ut ecclesia tua eternis profi-
ciat institutis: et temporalibus
non destituatur auxilijs. **Per**
dominum. **Lectio libri regum**